

VIRGILII AENEIS II

TEXTO

exarsere ignes animo; subit ira cadentem
ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae
aspiciet, partoque ibit regina triumpho?
coniugiumque domumque, patris natosque videbit
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est, habet haec victoria laudem;
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
ultricis flammeae et cineres satiasse meorum.'
taliam iactabam et furiata mente ferebar,
cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndum
obtulit et pura per noctem in luce refusit
alma parens, confessa deam qualisque videri
caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
continuit roseoque haec insuper addidit ore:
'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?
non prius aspicies ubi fessum aetate parentem
liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa
Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae
circum errant acies et, ni mea cura resistat,
iam flammeae tulerint inimicus et hauserit ensis.

REFORMULAÇÃO

ignes exarsere animo; subit ira ulcisci patriam
cadentem et sumere poenas sceleratas. 'scilicet haec,
incolumis, aspiciet Spartam et Mycenae patrias, et
ibit (sicut) regina (in) parto triumpho? videbit et
coniugium et domum, patris et natos, comitata (a)
turba Iliadum et ministris Phrygiis? Priamus occiderit
(a) ferro? Troia arserit (in) igni? litus Dardanium
sudarit sanguine totiens? non ita.

namque etsi nullum nomen memorabile est in poena
feminea, haec victoria habet laudem; laudabor tamen
extinxisse nefas et sumpsisse poenas merentis, et
iuvabit explesse animum ultricis flammeae et satiasse
cineres meorum.'

iactabam talia et ferebar furiata mente, cum alma
parens obtulit se videndum mihi, ante non tam clara
oculis, et refusit per noctem in luce pura, confessa
deam (se esse), qualis et quanta solet videri
caelicolis, et continuit prehensum (cum) dextra, et
insuper addidit haec ore roseo:

'nate, quis dolor tantus excitat iras indomitas? quid
furis? aut quonam cura nostri recessit tibi? non
aspicies prius ubi liqueris Anchisen, parentem
fessum aetate, coniunxne Creusa superset et puer
Ascanius? circum quos omnis Graiae acies errant
undique et, ni mea cura resistat, iam flammeae tulerint
(eos) et ensis inimicus hauserit (eos).

RESUMO

Cum Priami regis mortem vidi sem, multo timui pro domo patreque, coniunge Creusa et filio meo Iulo. Iam solus eram super, nam comites mei seipso necaverant. Respiciens circum me, aspexi Helenam, quae latebat in Vestae templo, timens Troianos simul et Danaos. Iratus cogitavit: "cum Priamus occisum sit et Troia in flammis ardeat, Helena visura est patriam suam et domum, recepta sicut regina, cum servis Troianis? non ita. Quamquam nulla gloria sit in mulieris nece, bonum est ut hanc interficiam; meruit enim hoc, et iuvabit mihi ulcisci sodales et gentem meam". Talia iactabam furens, cum vidi matrem in forma divina, quae dixit mihi: "nate, quid furis? immemor es familiae nostrae? Anchisen, Creusam et Ascanium Graeci adeo minantur, ut prope mortem sint".